124

Pribislaus filius Borkonis Palatinus Posnanien. et Capitaneus Generalis Poloniae inpraesentia Martini Palatini Calisien. et Przepelcy Castellani Posnan. aliorumque Baronum reconciliat in Ecclesia Cathedrali avunculam suam relictam Dobrogostii quondam Palatini Posnanien. et Dircieravium filium seniorem ejusdem Dobrogostii relictae vero privignum cum Eppo Posnanien. Quiquidem Dobregostius ob illata damna bonis Ecclesiae Posnanien. majori excommunicatione percussus in eadem cum filio suo est mortuus, petens eos absolvi, et loca inquibus sepulti sunt reconciliari. Pro illatis vero damnis per maritum suum causatis ipsa relicta vidua cum privigno Dircieravio villam Gorka Eppo offert. Sed quia Eppus et Capitulum satisfactionem modicam asserebant. Praefatus Capitaneus Gnalis Poloniae cum baronibus humiliter intercedunt tandem Annuentes Eppo et Capitulo suprafatus Prislaus Palatinus Posnanien. recipiens pileum ejusdem Dirsierai insignum resignationis perpetuae per eundem pileum villam Gorka Eppo et Ecclesiae tanquam Gnlis Poloniae Capitaneus confert, tradit et proclamat. Dat. in choro Posnanien. Ecclesiae Maguae 5 fer. A 1321.